

& retro computando inveni, medium ultimæ eclipsæ quarti satellitis in Anno 1728. factum, Die 30 Dec. Hor. 7. 10'. post meridiem; quod tamen ex calculo ad annum 1728, sub meridiano Berolinensi deducitur Die 30 Dec. Hor. 5. 11'. Et inde didici, in calculo quarti satellitis ad annum 1728, irrepsisse errorem 2 Horarum. Ex hoc apparuit An. 1728 Die 7 Octobr. Hor. XI. vesperi satellitem non fuisse in Conjunctione cum umbra Jovis, sed eam Conjunctionem contingere debuisse post mediam noctem, scilicet Die 8 Octobris mane, Horà I circiter. Et Conjunctionem Die 21 Sept. mane factam esse Hor. 6. 49'.

Hac in re deinde confirmatus sum, cum acciperem literas à Cel. Dno de l'Isle, qui annotavit Petroburgi immersionem quarti satellitis Die 8 Octobr. Hor. 1. 3'. mane, & emersionem Hor. 3. 5'. Medium itaque Berolini fuit circa Hor. 6. 56'. mane. Ex hac observatione simul apparet, hanc eclipsin non fuisse partialem, sed totalem.

### III.

## Differentia Meridianorum inter Lutetiam & Berolinum, ex Observationibus Eclipsium primi Satellitis Jovis quæsitæ.

I. Anno 1720. Die 18 Maji vesperi observavi Berolini in Observatorio Regio Emerisionem primi Satellitis Jovis per Tub. 16 pedum	Hor. 9. 35'. 34''.
Lutetiæ in Observatorio Regio eadem emersio observata est per Tubum 16 vel 17 pedum	8. 50. 52.
Ergo differentia Meridianorum	44. 42.

II. Anno 1724. Die 4 Octobr. vesperi observavi Emerisionem 1 Satell. Jovis per Tubum 16 pedum	7. 57. 0.
Hæc observatio in Secundis paulo est dubia.	
Lutetiæ eadem observata est Tubo 20 pedum	7. 12. 9.
Ergo differentia Meridianorum	44. 51.

B 2

III. An-